

**6898** Châtel argent au vieux château par terre MOCHET. Transportée en celui de S. Pierre, où elle est MURATORIANA.

D · M  
T · IVSTINAE  
FILIVS · PIEN  
TISSIMVS  
5 ET · NVRV  
PIENTISSIM  
A·P·OSVERVNT

Servavit Mochet f. 18. Inde pendent reliqui: (Vernazza) *notizie degli stati Sardi* 2 (1787), 145; Gazzera ab amico; Promis Aosta p. 51.

5 ET NVRV... Mochet, ET·NVRV/ Vern., ET·NVRVVS Gazz. — 6. 7 PIENTISSIM... | APPOSVERVNT Mochet Vern., PIENTISSIMVS·APPOSVERVNT Gazz.

**6899** in ponte antiquo, quo transitur torrens Cogne a dextra influens in flumen Doriam, ad vicum prope Villeneuve qui ab eo ipso ponte hodie nominatur *Pondel*. Inscriptio legitur ab ea pontis parte, quae orientem respicit et Augustam urbem.

IMP · CAESARE · AVGVSTO · XIII · COS · DESIG  
C · AVILLIVS · C · F · C · AIMVS · PATAVINVS  
PRIVATVM

Contuli; sed titulus ita collocatus est, ut ne telescopii quidem ope totus legatur. Viot hist. ms. eodemque exemplo Guichenon 1, 47 (inde Gioffredus theatr. stat. 2, 40; Spon misc. p. 196) qui vidit; p. 12, a quo pendent Mochet f. 24 et Dutillet; Lamey in epistula ad Hagenbuchium a. 1758 ep., Monterin 153 ab amico; Durandi *Alpi Graie e Penn.* (1804) p. 37; Malzan *monum. d'antiq. Rom.* p. 48; Aubert Aoste p. 84; Promis Aosta p. 31 tab. XIV. Hic ad me scripsit olim se funibus suspensum singula elementa et oculis et digitis persecutum esse, ut hoc exemplo omnino standum sit.

Variam lectionem dabo Vioti Monterini Lameii Durandii Promisii, ex quibus vv. divisionem non observant Viot Lam. — 1 IM Viot. — DESIG... Lam. — 2 AVILLIVS Viot. Lam. — C·F Prom. Dur. Q·F Lam., O·F Viot. — C·AIMVS Prom. Dur., CA...MVS Lam., CALVVS Viot; mihi non apparuit nisi secunda littera A eaque dubia. — PATAVINVS Prom. Dur., F·A·F·A...INVS... Lam., PATAVINI Viot. — 3 RRIVATVM Viot. — Monterin sic: IMP·CAESARI·AVGVSTO·XIII·AVILLIVS·Q·F·A·S·PRIVA·I.

Duo homines videntur nominari, quorum alter patrem ciet, alter patriam. In titulo n. 6926 similiter videntur coniungi *T. Aimus* et *M. Avillius*; videti ibi adnoteonem.

LXXXI Ager inter Durias duas.

In ripensibus, per quae diximus transire viam a Ticino Taurinos ducentem et stationem eius Quadrata fuisse ad confluentes fere Duriae Balteae et Padi (v. p. 715. 748), tituli etiam inter Quadrata et Taurinos vix ulli reperiuntur, neque inde habemus praeter miliarios nisi singulos Chivassi et ad S. Benigni et Volpiani inventos. Plures adsunt ex locis superioribus, ut ex Caluso et Scarmagno, item ad S. Mauricii et, si quidem genuini sunt hi, ex Ciriè et Balangero. Maxime autem abundant Rivaroli ad Orcum fluvium et in vicis proximis Favria, Camagna, Forno, S. Ponzio, Valperga, Cuorgnè. Hoc loco vicus fuerit necesse est vetustus et celebris, notabilesque sunt praesertim tituli Valpergenses fortasse omnium inven-

torum in regno Pedemontano antiquissimi, scilicet aetatem prae se ferentes aut Augustam aut, quod magis credo, extremae liberae rei publicae. Alpestris regio superposita, ut expectes, titulis caret; nam cum Ceresolenses n. 737\*—739a\* ficticii esse videantur, non habemus inde nisi solitarios Usseglienses duos in summa valle Sturae. Ceterum alpestris haec utrum Italiae finibus comprehensa fuerint an regni Cottii, non liquet, nec magis liquet, cuinam rei publicae hic ager olim attributus fuerit. Nulla adhuc inde inscriptio prodiit, quae tribum habeat; municipalia autem, maxime II vir tituli n. 6917, et Eporediae conveniunt et Taurinis.

**6900** marmor album rep. Chivassi 12 Apr. 1772 cum columnis duabus Constantini BORLA similiterque LEV.

MA  
RCCELL

Borla *mem. di Chivasso* 1787 (ms. bibl. reg. Taur. n. 579); de Levis *racc.* 2 (1784), 60.

2 MARCELL Levis.

**6901** apud S. Ballenum [S. Benigno] iuxta Vulpianum PINGON. (COD.). *S. Balegno nel primo scalino del coro della chiesa* IDEM (SCHED. VERNAZZ.). Taurinis in hortis regiis GUICH. — Locum non enuntiat SANL.

C · PETTONO  
QVARTI·F  
ET · PETTONIO  
QVARTO · PATRI  
5 VOLVNTILIAE  
SABINAE  
MATRI  
LARGO · F · T · F · I

Ferrarii exemplum extat inter Sanloutiana f. 279, cum absit tam a Manutianis quam a Cicereianis; Pingonii in cod. f. 132 et in notula adscripta libri de Aug. Taur. exemplari ei, quod auctor donum dedit Richardetto bibliothecario ducis Emanuelis Philiberti (ex hoc excerpit Vernazza inter Gazzeriana; ed. inde Gazzera act. Taur. ser. 2 vol. 14 p. 33); Guichenon 1, 73 (inde Mur. 1271, 6); cod. Taur. H. IV. 24 f. 10'.

1 sic Ferr. Ping., C·PETTONO Taur., C·PETRONO Guich. — 2 ZVARTI Taur. — 3 E·T·ETTONIO Ferr., ET·PETTOINO Taur. — 4 ZVARTO Taur. — 5 VOLMITILIAE Guich. — 8 E·T·F·I Ping. (cod.).

**6902** Calusi trovata non è gran tempo fra le ruine d'un antichissimo castello; est in ecclesia parochiali BAGNOLO.

M · ASONIO · ST · F · CEPHALONI  
SEX · VIR  
ASONIAE · PHILEMATIONI · SOR  
PLINIAE · T · F · MARTAE  
5 ASONIAE · CALIOPAE · SOR  
ASONIAE · EVCHARI · SOR  
CHILO · MVRRANVS · L · D · S

Ioseph Bagnolus apud Mur. 676, 7 et *gente Curzia* 1741 p. 44 (inde Gazzera act. Taur. ser. 1 vol. 33 p. 207 et ser. 2 vol. 14 p. 30, item Promis *Tor.* p. 256 n. 77).

1 S·T·F 'sic' Bagn. (ed.), SP·F Mur. — 4 T·F·Mur., I·F Bagn. (ed.). — 6 EVCHARI Bagn. (ed.). — SORO Mur. — 7 CHYLO Mur.